



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

XVII. David,

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

PROPOSITIO IX.

627

*Apparuit Angelus Domini, & dixit ad eam, Sterilis es & absque liberis, sed concipies, & Iudic. 13, 3, 4.
 paries filium: cave ergo ne bibas vinum ac siceram, nec immundum quiquam comedas:
 Mariae matri Iesu ait Angelus, Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum; Luc. 1, 30, 31.
 ecce concipies in utero, & paries Filium, & vocabis nomen ejus Iesum. Pergit Angelus
 ad Samsonis matrem: Eritis enim Nazarens Dei: de Iesu sic Matthæus: Et veniens ha- Iudic. 13, 5.
 bitavit in civitate que vocatur Nazareth; ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas, Matth. 2, 23.
 Quoniam Nazarens vocabitisur. Iterum Angelus de Samsonem, Ipse incipiet liberare Israël Iudic. 13, 5.
 de manu Philistinorum: de Iesu sic Angelus: Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eum: & apud Lucam: Dabit illi Dominus Deus sedem David Patris ejus; & re- Luc. 1, 32.
 gnat in domo Jacob in eternum, & regni ejus non eris finis. Manu Samsonis patri,
 de filii ortu dubitanti, visus est Angelus: apparet & Angelus Iosepho patri Iesu, con-
 jugis pudicitiam suspectam habenti. Addit Auctor libri Iudicum de Samsonis matre:
 Peperit itaque filium, & vocavit nomen ejus Samson: crevixit puer, & benedixit ei Do- Judic. 13, 24, 25.
 minus; & caput spiritus Domini esse cum eo: de Maria sic Matthæus: Peperit Filium suum Matth. 1, 25.
 primogenitum, & vocavit nomen ejus Iesum: & de quo sic Elizabeth apud Lucam:
 Benedictus fructus ventris tui; & iterum Matthæus: Baptizatus autem Iesus, confessim Luc. 1, 42.
 ascendit de aqua, & ecce aperi sunt ei carni, & vidit Spiritum Dei descendente sicut co- Matth. 3, 16.
 lumbam, & venientem super se. Samsonis nomini Solis significatio inest; ☰ enim Hier. libr. De
 Selem sonat, ☰ vero Selem eorum; sic enim exponit Hieronymus: de Iesu sic Ma- nom. ebb.
 lachias: Oritur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiae. Uxorem Philisteum dicit Malach. 4, 2.
 Samson, eique intimos animi sensus aperit: Ecclesiast ex Ethnici cogit, sibiique ad-
 jungit Christus, canique decretorum suorum interpretem constituit. Samson ad uxori
 rem vilens, obvium leonem interficit, in cuius ore post aliquot dies favum mellis
 reperit: Iesu Ecclesiast confitentes ait; Confidite, ego vici mundum. Atque hic qui- Joh. 16, 33;
 dem mundus adversus Iesum prius ferox, ab eo tandem dominus suave ipsius accep-
 pit jugum, melleanique Evangelii dulcedinem degustavit. Samson sitiens valde Iudic. 5, 18.
 clamavit ad Dominum: Iesus animam agens fitire se dixit. Samson Gazæ dormit ad
 median noctem, tum experrectus postmodum ipsa portæ fores detrahit, & humeris
 impositis defert ad verticem montis: Iesus lethi somno excitus, de mortis exit pore- Psalm. 67, 21.
 state. Quod previdens David, ait: Domini, Domini exitus mortis: de quo item Pe. tratus sic differebat Hierofolymis: Quidam Deus suscitavit solitudo doloribus inferni, juxta Ag. 2, 24.
 quod impossibile erat teneri illum ab eo. Samson multo plures interficit moriens, quam ante Iudic. 16, 30;
 viros occiderat: Jesus morte sua Daemonem, peccatum, ac mortem ipsam de-
 vicit.*

XVI. En tibi in Samuele aliam etiam Christi Iesu imaginem. Partus ille fuit Samuel, matris steriles, perinde ut Samson: Christus Virginis Nazarens etiam fuit, eaque re, idem ut Samson, Christo similis fuit. Unigenita Samuel, unigenita & Christus. De Samuele haec legimus: Puer autem Samuel proficiebat, atque crescebat, & placebat tam I. Sam. 10, 16.
*Deo quam hominibus: haec de Christo Iesu: Et Iesus proficiebat sapientia, & astute, & Luc. 2, 52.
 gratia apud Deum & homines. Iterum de Samuele: Crevit autem Samuel, & Dominus I. Sam. 3, 19.
 erat cum eo: sic quoque Lucas de Christo: Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus Luc. 2, 4.
 sapientia, & gratia Dei erat in illo. Sacerdos fuit Samuel: sacerdos & Christus. Pro-
 pheta etiam eterque.*

XVII. Sed & David, non vaticiniis duntaxat suis, nec quod Bethlehemo or- David,
 tus itidem ut Iesus, sed gestis etiam rebus toto vita curriculo Christum Iesum pre-
 monstravit, expressumque ejus typum postfuturis proposuit; & cum iusfu Dei unctus
 est, & rex creatus; & cum eflu Panum propositionis sacerdotem fe gesit; utraque
 in se conjuncta & sacerdotii & regni potestate: & cum singulari adversus Goliathum
 certamine, populum iugo Philistæorum exemit; perinde ut Iesus expugnato
 Diaboli imperio humanum genus in libertatem Filiorum Dei restitut: & cum variis
 illum laboribus & angustiis exercuit Deus, priusquam ad regiam dignitatem eve-
 ret: & cum Arcam à Philistæis prius capitam de domo Abinadab reduxit Hiero- Isa. 33, 5.
 lyam; itidem ut Iesus Ecclesiast, fracta Diaboli potestate, certis sedibus constituit: Jerem. 30, 9.
 & cum post traditum illi regnum, filiorum suorum perduellionem & sclera expertus
 est; perinde ut adversus Iesum regem patremque nostrum nova quotidie flagitia de- Ezech. 34, 23, &
 signamus: & cum pacem per eum Deus populo suo peperit, & adversas ipsi gentes
 subjecit; quemadmodum pacis à Deo nobis concessa sequester est Iesus, cui potestas
 omnis à Patre tradita est. Inde adeo apud Prophetas, Iaiam, Jeremiam, Ezechielem, 37, 24.
 & Oseeam ipsum, Davidis nomen Christo tribuitur. Ose. 3, 4, 5.
 Salomon,

XVIII. Nec minus in Salomone agnoscit potest Iesus. A pace Salomoni no-
 men: quam pacificus fuerit Iesus fuse in Parallelismo probavimus. Appellatus quo-
 que est Salomon ☰ hoc est, Dilectus Dominis: idem de Iesu clara voce Deus ipse

K k k k ij